**De miseriis curialium / [Pius II].**

**Contributors**

Pius II, Pope, 1405-1464.

**Publication/Creation**

[Paris] : Antoine Caillaut, [1490?]

**Persistent URL**

https://wellcomecollection.org/works/hedaqzfk

**License and attribution**

This work has been identified as being free of known restrictions under copyright law, including all related and neighbouring rights and is being made available under the Creative Commons, Public Domain Mark.

You can copy, modify, distribute and perform the work, even for commercial purposes, without asking permission.

Wellcome Collection
183 Euston Road
London NW1 2BE UK
T +44 (0)20 7611 8722
E library@wellcomecollection.org
https://wellcomecollection.org

H. 199 = Cop. 57.
F Pr. 7950
Pell. 137
Case 3. a. 33.

c. 1490

DR. ERNST DARMSTAEDTER
No. 1 B
COLLECTION




I D

EX LIBRIS

Dr. ERNST DARMSTAEDTER

7151

Pius II

De miseria curialium

Paris: Antonius Caillaut [c. 1490]

Title wanting

Rel. p. Hagué

¶ Aenee Siluii poete laureati[.] cui et pro pon
tificali dignitate. pio nomē eſt [.] in diſputatioē̄z
de curialiū miſeria/ad perſpicaciſſimū iuriſcō/
ſultum. Johānē Ech/sereniſſimi/diuiqȝ prin/
cipis/Alberti/ceſaris inuictiſſimi Alberti quoqȝ
auſtrie ducis inclyti conſiliarium atqȝ oratorez
prefacio feliciter incipit

AEneas Siluius poeta laureatus ſalutē pluri/
mā dicit pſpicaci ac claro iuriſcōſulto Johāni
de Ech. ¶ Stultos eſſe q̄ regibus ſeruiunt: vitā
qȝ cum infelicez/tum quāmiſerrimā ducere cu
riales: vereor ne qui me arguant/mihiqȝ male
dicant. ſi hac epiſtola quam tibi ſcipturus ſū oſtendero. Nec
deerunt enim qui me principibus deferant: ꝛ hoſtem reddere
curent. quoniam hoīes videor ab obſequiis eoꝝ arcere. Nam
qui poſthac[.] inquient illi [.] regūz atria frequētabūt: ſi ſe futu/
ros illic ſtultos intellexerint. ¶ At ego non id ago: vt principi
bus derogem/ſed ꝛ illos potius magnis leuo moleſtiis ¶ In/
ſtāt enim aſſidue q̄plurimi ꝛ nobiles et magni viri/qui regū
aures obtundunt: dū in curiā/ſummis precipus recepi poſtu
lant. Quos cum nequeāt reges/aut vtiliter recipere/aut ho/
neſte repellere. in magna propterea ſit anxietate. Gratia ita
qȝ mihi non odiū haberi debet: ſi quem ex iis mouero/ curie re
gis vt ſuaptereninciet. ¶ Nec timendum eſt/meis ſcriptis id
fieri: vt regum aule deſerant. Erit. n. ſemper ſtultoꝝ infinit9
numerus: qui vitā beatā ſolūmō apud reges iudicent inueni
ri. ¶ Sed caue[.] dicent alii [.] ne diuinis aduerſeris preceptis. dū
regū ſuades vitari ſeruitia: Cuȝ petrus apl'oꝝ princeps et ca
put/eccleſie ſubiecti eſtote dicat omniqȝ creature humane p/
pter deum: ſiue regi/quaſi precellenti: ſiue ducibus. quaſi ab
eo miſſis. Abſit autem a me ſcelus hoc: vt aplo contradicam:
uel regibus dicā non eſſe parēdū. Cum et veritas in euange
lio reddi que ſunt ceſaris ceſari iuſſerit. et q̄ ſunt dei deo. Cū
qȝ et ad romanos paulus doctor gentiū dicat: omnis aīa ptī/
bus ſublimioribus ſubdita eſt. Non eſt. n. poteſtas niſi a deo.

Clamo ſigitur et ego obedite principib⁹ veſtris oīs ppl'ſ Sub
ſicite vos ſublimioribus veſtris oīs gēs. Sed memineritis qȝ
petrus/ pp̄ter deū vt ſubiciamini iubet/ non propter opes/ po/
tētias/ ⁊ honores. At iſta non ſunt cōtraria meis ſcriptis ſi cū
prophetis dixero/ nolite confidere in principibus/ in filiis hoīz
in quibus non eſt ſalus. ¶ Pretereo tn̄ plures obiectiones.
quibus te reſpōſorē cōſtituo/ ſi qui ſint/ q̄ me velint ampli⁹ im
pugnare. Ego ad rem ipſā veniā. ¶ Sed prius quid de hoc me
diſputare cōpulerit/ paucis abſoluam.

¶ Primū premittit prohemialiter q̄ ſe de cu/
rialium miſeria diſputare compulerit paterna
vox. ſtultos eſſe dicēs q̄ nō coacti p̄ncipib⁹ ſeruiūt.

Genitor meus Siluius. qui patre mortuo poſthumus
natus eſt/ paternūqȝ nomē tulit. adoleſcentie ſue flo/
rem apud antiquū ducem mediolanēſē/ huius hodierni ducis
patrem peregit. Affectuſqȝ tandem curie tediis domū rediit:
vxorem duxit/ filioſqȝ genuit/ ⁊ in huncvſqȝ diem vitam quie
tam laudatāqȝ degit. Ad hunc quom duo ſenenſes iuuenes/
admodū nobiles acceſſiſſent. et an regi ſeruire cōduceret/ per/
contati fuiſſent/ ſic rn̄dit. Menippus quom apud homerū he/
ſiodūqȝ diuerſa deorū ſcelera legiſſet adoleſcēs: ea licita atqȝ
honeſta eſſe credebat. Nam qd̄ di faciunt. quis nō arbitretur
honeſtū? Hic vir factus. cum illa prohiberi legibus aīaduerte
ret. incertus animi phōs adiit/ ſciſcitatur⁹ ab eis que nā eſſet
optima vita. Sed neqȝ phi ſatiſfecerunt/ cū inter ſe diſſenti/
rent. Alii n. voluptatem/ alii vacuitatez dolorū/ virtutez alii/
quidā vero aīi/ corporis/ fortuneqȝ bona ſimul iuncta vitā di
cebant preſtare beatā. Incertior igitur ille multo quaȝ antea
. vt verbis vtar terentii. conſulere mortuos decreuit/ et ad in/
feros penetrauit/ ac ex ipſo thyreſia. quia ⁊ ipſe uates diuina/
torqȝ fuit. vbi ſcȝ vita beata foret/ pquiſiuit. Cui vates cum
diu rn̄dere negaſſet/ in aures tandem inſuſurrās/ apud priua
tos viros optimā inquit felicitatē inueniri. Cyges quoqȝ ly/
dor. rex. qui ſe pre ceteris fortunatiſſimū reputabat. apolli/

nē conſuluit: quis ſuo tpe felix eſſet. contempſit oraculū regi/
as opes ac apparatus/at aglaū archadē quendā ruris culto/
rem qui metas agelli ſui nunq̄ exceſſerat: felicem aſſeruit.
Vos igitur iuuenes/ſi quomō viuatis optime queritis/mini
me reges adibitis. Nam cū ipſi felicitatis expertes ſint/eos q̄
ſibi dicati ſunt nullo pacto poſſunt felices efficere. Quippe q̄
principibus ſeruientes/nihil ſibi libertatis relinquūt vt ea cō
ſequi poſſint/quibus potiti/multo miſeriores ſint quā antea
Virtutes. n. (o iuuenes) felicis vite ſunt effectrices. que a pri
cipum domicilijs excluſe: ſi qn̄ caſu aut errore limen ingrediū
tur. e veſtigio coguntur fugere/perterrite ſiniſtris moribus q̄
bus in altis palatijs viuitur. q̄ ſi tempus diſſerendi daretur.
mōſtrarē oīs hoīes ſtultos eſſe/qui vitā hn̄tes aliā in qua poſ/
ſent honeſte verſari/in curias principū ſe precipitāt. ¶ Sed ab
eſt ocium. Ideo vos tm̄ moneo/vt agrum hunc hyſtriones. ⁊
adulatores/⁊ alios metere ſinatis/qui nigra in cādida vertūt
Nullus eſt. n. viris bonis apud principes locus: nulla emolu/
menta laborū. ⁊ (vt iuuenalis verba reſumā) minor eſt hodie
res here q̄ fuit. Hec eadem cras detrahet exiguis aliquid. Sic
Siluius ille vero ab inſano propoſitio reuocati/domi mane/
re/ac ſibi ⁊ muſis viuere decreuerunt. ¶ At paterna vox mi/
nus in filio quā in alienis potuit. neqꝫ. n. me pater ab obſeqjs
curie potuit auocare: q̄uis ſepe et multū ne me poſt principū
veſanias irē pditum admonuerit. Sed expertus ſum (poſtea
qd̄ prius nō credidi) verāqꝫ patris ſētētiam inuenio. de quali/
bet me nunc in hac epl'a diſſertare/grauiqꝫ tuo iudicio cunc/
ta remittere. Nam et tu annis compluribus inter aulicos ca/
nes latrauiſti. Vidi te apud albertum ceſarē honorato in lo
co. ¶ Et quom te primā noui: orator ſuus in baſilienſi conſilio
bn̄dictionē ſibi a patrū cetu petebas quom is regni Vnga/
rie diadema (mortuo ſocero ſuo Sigiſmūdo ceſare) ſuſcepiſ/
ſet. Atqꝫ poſtq̄ is quoqꝫ functus eſt/ad nepotem eius (Alber/
tū auſtrie ducē te ꝯtuliſti cꝰ ad huc es ꝯſiliarius. Quāobrem
nō ſum neſcius apud ignaros rerū mee ſētentie poſſe detrahe
re. Quis. n. infeliciter curiales viuo crediderit: cū tu (q̄ vir ha
beris bon⁹ ⁊ ſapiens) ſolut⁹ ſemel curie vinculis iterū te vincie

ris: Sū ego quoqꝫ in eadē qua tu es cā. q annis iā qndecim cu
rialē ſeruitutē ſeruiui: ⁊ nunc eccleſiaſticos/ nūc ſclares ſecu
tus ſū principes. ⁊ ꝙuis nōnunꝙ liber euaſerim: mox tñ in vi
cula meapte redii. Itaqꝫ poſſet aliqs opinari. vt ſolus vl' cuꝫ
paucis curie voluptatibus fruar/ idcirco me mores curie corā
aliis deteſtari. Sicut apud mediolanū q bernardino predica
tori ɔtractus vſurarios accuſabat: vt prohibitis aliis ab hiis
reliquis ſolus ipſe frueretur. Sꝫ lōge aliter eſt. nō eī qꝛ place
at m̄ curia/ verſor in curia. Sed ne leuitatis vitio accuſer qꝛ
genus vite receptū neſciuerim ꝓſequi. Idē et te arbitror reti
nere. Accidit. n. nobis ſicut ⁊ cōiugatis. Sunt eī admodū mul
ti/ q viuēte ɔiuge matrimeniū damnāt/ ⁊ vxoris obitū cupiūt
libertatis auidi: ſēpqꝫ illius ad corinthios pauli mādati me
minerunt: ſolut⁹ es ab vxore/ noli querere vxorē. ¶ At ii poſtꝙ
libertatē ſunt aſſecuti: mox alterā ducunt coniugem/ vt vix q
dē exequias defuncte valeant expectare. Sic enī eſt hoī cacha
tes: vt vitā quā viuūt diuqꝫ vixerunt et ſi malā ſciuerit/ mu
tare tñ aut neſciūt/ aut nequeūt. Hinc oratius ad eos q ſuā vi
tā dānantes: alienā laudāt/ iā faciam quid vultis inqt/ eris tu
q mō miles/ mercator tu ɔſult⁹ modo/ ruſticus. Hinc vos/ vos
hinc mutatis diſcedite ꝑtibus. eya quid ſtatis: nolunt ¶ Plu
rima ſunt mi iohānes q nos cogunt ꝑſeuerare. Sed nulla eſt
ratio prior ꝙ ambitio. Que tanꝙ emula caritatis oīa fert o
nera. ꝙuis grauiſſima. vt honoribus ſeculi/ ac popularibus
laudibus efferatur. ꝙ ſi humiles eſſem⁹ ⁊ aīaꝫ potius lucrra
ri ꝙ venerari mōdanā gloriam ſtuderem⁹: haud multi ꝑfecto
in hec tedia ſeſe reciperet. ¶ Ad eos igit̄ q ꝓpterea ſeq reges vo
lunt/ qꝛ prelatos ⁊ doctos viros in curiis eſſe ɔſpiciūt/ ſaluato
ris nrī ihesu vbba obiciā. Supra cathedra moyſi ſedebūt ſcribe
⁊ pharisei. q dicūt facite ſcdꝫ opa eoꝝ nolite facere. Nō igit̄ qđ
inſignes viri ac magiſtri faciunt. ſed qđ facere deberēt imita
ri oportet. Expendat prius ſeipſū q ſe dicare vult regibus: an
tolerare labores/ famē ꝑpeti/ ſitim ſufferre/ contumeliaſqꝫ va
leat ſuſtinere. Deinde ꝑſpiciat diligenter vtrū ex curia conſe
qui poſſit/ quod ſuus deſiderat anim⁹. Mihi et anguſtie apud
principes infinite intollerabileſqꝫ videt̄ et q hoīes optant ibi

nullatenus inuenire. Quo fit: vt verā patris ſniam arbitrer
De qua nūc altius trāſigem⁹ Repetēda eſt igit̄ paterna vox
Quia ille ſtultos eſſe autumat ſingulos qui non coacti prin
cipibus ſeruiunt. Clara vox. dura tn̄ fortaſſe nimiū videt̄

¶ Aperit deinde / curiales omnis alterum e tripar
tito genere ſtultorum incidere

Sed audi iam quo pacto ꝓbet̄. Stulti. quo ad ꝓpoſitū
noſtrū. tribus modis dicūt̄ hoīes. Stultus eſt ꝗcunqꝫ
id querit / qđ inueniri pōt. Stultus eſt q̇ queritat qđ nocet īuē
tuz. Stultus quoqꝫ ille eſt q̇ finē ꝓpoſitū ad quē tēdit: cū plu
res habeat calles: deteriorē deligit ⁊ periculoſiorē. Vt ſi romā
petitur⁹ / cū due ſibi pateāt vie: altera breuis atqꝫ ſecura / alte
ra lōgior et plena latronibus: ꝓgere vltimā tendit / et velit.
Curiales igit̄ oēs aut primā ſtulticiā incidūt / aut alterā / aut
tertiā. Aut enī qđ aſſequi nequeūt inueſtigāt: aut qđ iunctū
detrimēto ſit querunt aut ſemita peiorē deligūt. Quas res
tunc melius ꝯgnoſcemus: ſi q̇ ſūt curialiū deſideria / et quos
ſibi ꝯſtituāt fines / preuideremus.

¶ Tertio loco. quo melius aulici canes ꝯg/
noſcant̄ inſanire ac delirare. que ſint curialiū
deſideria / ⁊ quos nā ſibi ꝯſtituāt fines / ꝯſtringit
Et friderico ceſari / ceteriſqꝫ bonis pricipib⁹ ni/
hil his ſuis ſcriptis velle detractū iri ꝓteſtat̄.

Mihi vident̄ oēs q̇ regū vel principū latera ſtipant /
aut honores q̄rere famāqꝫ ſeculi: aut potētiaz. aut
diuitias: aut voluptates. Nec inficias ibo nō nullos eſſe q̇ ſe
apud principes lucrari aīas arbitramur: vt meritū tāto mai⁹
naſciſcāt̄: quāto cū maiori periculo militauerūt De iis igitur
quiqꝫ generibus hoīz: dicēdū ē nobis. Quos diſtare tm̄ vt ſa/
piētes ſint oſtendem⁹ / vt facile quiuis deliros / amentes / inſa/
nos ac ſtultiſſimos q̄at agnoſcere. ¶ Prius tn̄ ꝙ hoc aggredi/
ar / oēs oratos volo ne me quēpiā pricipū carpere cenſeant: aut
quouis pacto / ſereniſſimo diuoqꝫ principi nrō friderico ceſari
detrahere. Nā et ſi dictur⁹ inter diſputādū de principib⁹ fuerī

vitioſos eos eſſe ac libidinū ⁊ ſtultitie ſeruos: nō velī tñ oībꝰ
id aſcribi. Nec enī me latet inueniri nō nullos virtutū/ et ſan
ctimonie cultores: q̄ prīcipatus diuino quodā munere ſuperēt
Queādmodū boni apud gētiles prīcipes/ auguſtꝰ veſpeſianꝰ
Tytus/ traianus/ ⁊ antonius pius/ ſunt habiti. Et apud chri
ſtianos Conſtantinus/ archadius honorius/ theodoſius/ caro/
lusmagnus/ ⁊ (quē Babemberga veneratur) henricus ſanc
tus. In quibus rei ſi/ vel pietatē/ vel māſuetudinē/ vel pacis
amorē/ vel iuſticie zelum/ vel religionis affectū requiris: Fride
ricū noſtrū nulla in re minorē inuenies. Tantūqꝫ abeſt meiſ
ſcriptis/ vt ſibi ſcriptis velī detractū iri: vt eiꝰ laudes illuſtra
re/ ⁊ verſibus (quoad poſſim) ⁊ oratione ſoluta decreuerim.
Nec me nunc eius curia detineret/ niſi ſua me bonitas allexiſ
ſet. ¶ Sed me quāta ſit curialiū infelicitas oſtēſurū/ nō quid
ipſe/ ⁊ alii quos equus amauit iupiter/ ſed quid communiter
principes agāt referre oportuit. ꝙ ſi oīa q̄ inferiꝰ mala receſē
tur in noſtri prīcipis curia inueniri dixeri apte mētiar. ¶ Nec
minus mētiar. ſi nihil hoꝝ illic eſſe ꝯtēderī. Nec ego quēq̄ re
morderim: qꝛ ſic ē hoīm vita: vt plꝰ mali vbiqꝫ: ꝙ boni repiat.

¶ Delirant qui ob honorē aſſequēdū principi
bus ſeruiūt. Nam pꝙ pauci (⁊ ii quidem vitiis
dediti) a principus ſublimantur

Noſtra intēſio eſt/ ꝙ fatui ſūt q̄ prīcipibus herēt diſpu
tādo mōſtrare. Janqꝫ illos aggrediamur/ q̄ tāꝙ appe
tentes honorē principibꝰ ſeruiūt. Aduerſus quos libet cū iuue
nale exclamare: O medici iis mediam ꝑcudite venā. Delirāt
.n. q̄ ꝓpter honorē prīcipibꝰ famulātur. Ad quoꝝ purgādas mē
tes/ ñ meis ſcriptis (ſꝫ elleboro potiꝰ eſt opꝰ). Quis .n. veꝝ ho/
norē: in aulis principū dixerit inueniri? Dātur honores in cu/
riis nō ſcdꝫ mores atqꝫ vtutes. Sꝫ vt q̄ſqꝫ ditior atqꝫ poten/
tior eſt. eo magis honoratur. Nā quē vnq̄ꝫ pauperē (tāetſi pſtā/
ti vtute ꝑditū) regū aliq̄s ſublimauit? Audio qd obiciis. Fue/
rūt nō nulli (dicis) obſcuro nati loco/ atqꝫ inopes quodā/ q̄ nūc
oībꝰ ſunt plati. Sic .n. principes voluerunt. Sed quos (oro)
ſic prelatos ais? Nēpe quos ſuis moribꝰ ꝯformes inuenerunt

Quibus moribus auaritie/luxurie/crapule/crudelitati. ſic eſt
Sane placet auaro regi: qui pecunias vndecūqꝫ refert. Gra
tus eſt luxurioſo. qui virgines/atqꝫ maritas ſibi cōciliat. Ca
rus eſt ebrio/quia conbibit. Crudeli iocundus eſt: qui ſangui/
nem perq̄ multū effudit humanū. Nemo acceptus eſt/nemo
qꝫ ex peruo ſtatu perfertur aliis/niſi magno aliquo facinore
principem ſibi conciliauerit. At hic nō eſt verus honor/nec ſta
bilis. qui ex radice non venit bona. Vera gloria (vt inquit ci/
cero) eſt illuſtris/ac peruagatur multorū et magnorū vel in
ſuos ciues/vel patriam/vel in omne genus hoīꝫ fama merito
rū. quam nec principes aſſequūtur nec qui ſeruiunt eis. Cum
vitiis fere omnes ſit deditī. nec bonū aliquid agat: niſi fortui/
to ac tranſeunti per vrbem tibi inclinabūt homines/denuda/
bunt capita/cedent loco/ſalutes dicent/manus oſculabuntur
At vbi tranſieris. digitos retro tendent/ſubſannabūtqꝫ tibi
et ille eſt inquient/qui principem noſtrū ſeducit/qui bellum
ſuadet/qui vectigalia auget/q̄ onera nobis importabilia cū/
mulat/qui verſo pollice quos vult ex nobis occidit. Quem dii
deeqꝫ om̄s perdant/ne ſub eius tyrannide diutius ſimus. Hu
iuſmodi eſt honor curialiū. qui ſi (quiſquis es) te oblectet: nō
verebor te ſtultū/atqꝫ inſanū affirmare. qui oblectatōes tuas
in re falſa/varia/atqꝫ omnino fallaci reponas. At vero pa/
raſitorum vocibus quantuꝫ tribui debeat/qui te cenaturꝫ gra
cia laudant. Tu ipſe noſti. Pretereo hyſtriones atqꝫ ioculato
res/ꝛ totius vulgi laudes/quas vir prudens pro nihilo repu/
tabit. Quia nulla eſt vera laus: niſi a viris proueniat lauda
tis. Adde ꝙ omnes curie ſequaces/non quibus preſint/ſed a
quibus precellant inſpiciūt et altius ſemper euolare nitunt.
Atqꝫ quom omnes precelſerint/ipſis etiam regibus incipiūt
inuidere. Quia inexplebilis eſt humane glorie appetitus. Cui
poſt q̄ dederis ſemper ciceronis illud in ore verbum habebis.
Quicq̄d ē eni (q̄uis amplū ſit) id certe parū eſt/in honoribus
nō eſſe finē ponēdū qꝛ et res incerta ē ꝛ cū ē aliqd ampliꝰ eſt:
inſup phōꝝ ē ſnīa/ꝛ ꝑfert in ariſtotelis ī honoribꝰ nō eē fineꝫ
ponēdū. qꝛ ꝛ res īcerta ē/ꝛ ī ꝑtāte alteriꝰ poſita. Et q̄ ſeruit ho
nori ꝛ huꝰ ſcꝫi fame/neceſſe ē ut multa faciat inuitꝰ: interdumqꝫ
(plꝰ hoībꝰ ſeruire:

quam deo cogitur ¶ Duo igitur cum ſint honores. alter viro
roꝝ honoꝝ. Alter vero multitudinis. ſtultus eſt: qui primum
apud reges venatur. Quia inueniri verꝰ honor nõ põt. vbi vir-
tutes non regnant. Qui vero alterum queritat: multo ſtulti
or eſt. qꝛ ⁊ rē ꝑniciosā ſequit̄ ⁊ inſtabilem/ atqꝫ incertam. Atqꝫ
ii quidem perpetuis cruciatibus affligunt̄: cū ſibi preferri plu
rimos ⁊ ſepe indigniſſimos videant. Nec qui honoris eſt aui-
dus. vſq̄ maris q̄ in curiis angitur

## ¶ Diſſerit non ob aſſequendaꝫ potentiā prin cipibus eſſe adherendum. omnis enim potentia magne inuidie ſubiecta eſt:

VT qꝫ iam ſatis de honore ſit dictum: nunc ad ad potē
tiam tranſeamus. Pulchrū videt̄ nõ nullis/ apud prī-
cipē eſſe potentem. tutorem vocari regis/ precipere aliis: bel-
lū indicere. pacem componere. poſſe obeſſe atqꝫ prodeſſe q̄ plu
ribus. Sed multi decepti ſunt. dum poſſe apud reges q̄ pluri
mū confidunt. Apud neronē claudium tam potens Seianus
fuit vt imperatore apud capreas cū grege chaldeo ſedente/ ſo
lus hic imperiū adminiſtraret: ſed q̄ illud totius orbis caput
venerabatur. Et quippe/ ſi ante ipſū oppreſſa ceſaris ſenectꝰ
fuiſſet: hunc noſtrū populus auguſtū vocaſſet ¶ Sed nulla
eſt apud prīcipes diuturna potentia. nullus ſtatꝰ debilior/ nul
lus infirmior/ nullꝰ incertior eſt: q̄ eiuſq̄ apud principē videt̄
eſſe potētior Sunt emuli multi. ſimultates. odia. Omnis po
tentia magne inuidie ſubiecta eſt. incidunt ſuſpitiones. parā
tur inſidie. perſtrepūt vndiqꝫ delatores. Atqꝫ vt oculus parua
feſtuca turbatur. ſic principiū gratia offenſiuncula vel mini
ma cadit: interdum ⁊ nullo crimine ꝑdit̄. Tātū apud prīcipes
ſubdola līgua põt Apud adrianū imperatorē delatoꝝ voces
a deo valuerūt: vt amicos quos ad ſūmū ꝓuexerat pꝰ hoſtiuꝫ
loco habuerit. Sed ad ſeianū redeo Dis ne ſaluari. ſicut ſeia
nus: ⁊ tam eſſe potens vt ille fuit. At hic vnica principis ep̄la
captus eſt. ac per vrbē vnco ductus ad ſpectaculuꝫ/ ⁊ in tybri
dis ripa truncatus: omneſqꝫ ipſius ſtatue ex capitolio deiecte

ſunt. Extant noſtri temporis ad modum multa exempla que
cõſulto fugio: ne cui videar detraxiſſe. De mano regni apu-
lie ſeneſtallo nemo me dicere prohibet: q̄r tuta eſt in mortuos
reprehenſio. Hic apud reginaꝫ iohannã primo in loco fuit. po
tentiãq̃ ſuã eo firmiorẽ putauerat / q̄r et ſtupris ſeſe inſinua-
uerat. At regina cõuerſa in aliũ amore percuſſores ad illũ no
ctu trãſmiſit: quo mortuo alios ſibi ꝯcubitores ſuſtituit. Per
rari ſunt qui apud reges ꝑpetuo ſunt potentes. ¶ Sepe q̄ heri
placiunt: hodie diſplicet. Nullũ eſt in atriis principuꝫ maius
ſtudiũ: q̄ꝫ vt alios de gradu precipitent / et ſe erigant. Potẽta-
tum quilibet appetit. nulla nunc curiales tuta fides. non fra
ter a fratre tutus ĩuenitur. Nec patri filius nec filio pater ag
noſcit. quilibet ſibi ſtudet: omnes preferri volunt [illegible]s manda-
re. Si quis potens eſt: mille circa ſe oculos habe[illegible]t totidẽ lĩ-
guas ad ruinã eius aſpirãtes: ⁊ vnus hinc alter illinc premit
nimiũ multos timere habet qui multa poteſt. Et illũ oẽs op-
pugnant: qui principi gratior exiſtimatur. Ruunt turres. que
iuxta flumen ſite ꝑpetuũ in ſe aque curſũ recipiunt. ¶ Quid
tu facies qui ex vnius voluntate depẽdes: in cuius amore nec
ferro nec plumbo / ſed cera fixus teneris. quã vel infrigidatus
amor excutiet. vel ire feruor eliquabit. Non omnibus tm̃ arri
det fortuna: quantũ cancellario noſtri ceſaris caſpari ſlik. ¶
Quem vel miranda fati clementia / vel ſingularis virt⁹ atq̃ꝫ
preſtantia (que in pauciſſimis reꝑitur hoĩbus) apud tres ce-
ſares. inter priores potentẽ reddidit. Alios vero vix vnq̃ꝫ vidi-
mus in curia ſucceſſoris tales eſſe quales apud anteceſſores
fuere. Sed precipitari complurimos ex gradu cernimus: ita
vt quãto pri⁹ honoratiores ac potentiores cenſeãt̃. tãto exiñ de
biliores / inhonorationeſq̃ꝫ fiãt: ⁊ ſint inimicis gaudio: amicis
vero et propinquis ⁊ ſibi dolori moleſtie atq̃ꝫ dedecori. Eſt au
tẽ hic vulgatiſſimus eorũ finis: qui apud p̃cipes vł honorẽ vł
potentiam q̄ritãt. Quos in errore tam manifeſto ꝯprehenſos
non arbitror mihi negari ſtultiſſimos

¶ Inſaniuitq̃ ꝓpter aues p̃cipib⁹ famulãt̃.
Nunc diuitias proſequamur. quas minime dubium eſt
cõpluries mortalium in curiales carceres attraxiſſe.

Qui( cum oratio )laborem ſe ferre dicunt. ſenes vt in ocia tu
ta recedant. Quidam vero iuuenalis referunt verba. Quan
do ego figam aliquid; quo ſit mihi tuta ſenectus tegere et ba
clo. ¶ Aduerſus quos poſſem ſaluatoris noſtri verba referre: q̄
tam difficile dicit diuitē intrare regna celoꝝ: q̄ꝫ p foramē acꝰ
tranſire cameluꝫ. Quo fit: vt ſtultum ſit diuitias querere: et
ſpem parem celeſtis amittere. Nec mihi quiſq̄ timorē famis
adducat. quaſi non habeat criſtus vnde alat pauperes ſuos.
apoſtoli et nauim retia relinquētes( vt ait hieronimus )cre/
ſi diuitiis pferūt. Sed iſta fortaſſe nimium religioſe ducunt
nec talia ſunt que vulgo probari queant. Agamus igitur pug
ni minerua. confiteamurq; iuuenali/ et ariſtoteli ad felicē vi/
tam opus eſſe diuitiis. Quia non facile emergunt: quoꝝ vir
tutibus obſtat. res anguſta domi. Sunt qui ſe poſſe putāt di
uitias cumulare principibus ſeruientes. At iii( vt diuitias cō/
parent )libertatē vendunt: nec tamē diuitias aſſequuntur.
Nam ſi tibi princeps vel beneficia contulit/ vel renda ꝯceſſit/
vel res alias eſt largitus: tanto magis ſeruire teneris: quāto
maiora ſunt dona. Quod( ſi aliunde neſcis )ex gregorio diſci
to. Cum enī( inquit ille )augentur dona. rationes atiā creſcūt
dnoꝝ ¶ Quod ſi tunc ex curia velis abire: quom diues es fa
ctus: mox oīa perdidiſti: inuenitur cauſa/ ſubmittitur accuſa/
tor. conuinceris reus etiā nō cōmiſſi criminis auferunt bona
⁊( ne vnq̄ conqueri poſſis )eripitur et vita. Si vero in curia
pſeueraueris. cōuenit te ad queuis imperia regis eſſe paratū
iuire bellū/ per latrones tranſire/ nauigare in mari/ manere ī
peſte/ mille capitis adire pericula iuſtū atq; iniuſtum exequi
mandatum/ ridere/ flere cum rege: laudare que laudat: vitu/
perare que vituperat. nulla tibi aut in verbis/ aut in operibꝰ
ſupererit. Quid igitur ſtultius eſt/ q̄ diuitias p tot tormenta
cogere cum ſit manifeſta freneſis( vt iuuenalis ait )vt locu/
ples moriaris. egente viuere fato. Non preterea deliramentū
eſt: quia duo vel tres tumulauerūt opes libertatis munificē/
tiam expectare: ⁊ non potius infinitos reſpicere. qui quom re
gibꝰ ſeruiūt ad extremā inopiā ſūt deducti. iā dabit( inq̄t per
ſius )iamiā donec deceptus ⁊ exſpes ne q̄cq̄ fūdo ſuſpirat nu

mus in imo. Diuitibus nõnunꝙ̃ diuit᷑e dari ſolent ſicut in mare ferũtur aque. Nemo paupe: Lꝙuis diu ꝛ admoduꝫ vtili ter ſeruierit] tãtõ premii reportabit. quãtũ diues ex obſequio paruo. Nõ. n. ſeruitia in curiis principum/ſed perſone ponde/rantur. Nam et puos parua decent. ꝛ magnos munera mag/na/nec donare reges ſolent quod nequeãt quom libido fuerit auferre. Itaqꝫ nec rem donatam Lſi velis] alienare poteris: nec in aliud regnũ transferre. nec ex ea qcꝙ̃ diſponere quod re gi non placeat. Non ſunt igiť tue huiuſmodi diuitie/ quibus nõ potes vti pro libito. Quod neqꝫ teſtãdi facultatẽ habebis Namqꝫ ſi liberis careas: nemo tibi niſi princeps erit heres. Si aſſint filii niſi ꝛ ii principi ſeruiãt nõ ſuccedũt tibi. ¶ Ta ceo quot diuites necati iuſſu corũ ſint q̇ eos ditauerãt. Solẽt enĩ principes ſic nõnullis multa largiri ſicut et nos ſues pa/ſcimus: vt eos poſtꝙ̃ impinguati fuerint deuorenus. ſicut de ſeneca longinoqꝫ legimus. quos ꝓpter diuitias interẽptos Juuenalis affirmat his vsib⁹. tꝑibus dicis igitur iuſſuqꝫ ne ronis/lõginũ ꝛ magnis ſenece ꝑdiuit᷑ hortos. Clauſit ꝛ egre gias lateranoꝝ obſidet edes tota cohors. Perierũt. n. ꝛ altera ni propter diuitias. Sancte igitur ſcriptum eſt et vere q꞉ q̇ a/mat diuitias fructũ nõ capiet ex eis. Adde ꝙ pauciſſimi reges que ſua ſunt donant. Recipiũt enĩ vt donẽt que nec vera ſunt dona nec iuſte poſſidentur. Cunqꝫ vix regnũ illum inueniat qḋ nõ ſit partũ vel continuatũ fraude: quid eſt qḋ iuſte princi pes largiri poſſint. vnde pecunie vnde iocalia veniunt q̇ apud principes ſunt: niſi ex raptu vel venditioue iuſticie/aut ex ſpo liis eccleſiarũ: ¶ At iſta ſunt iniquitatis premia/que nec regi prodeſſe/neqꝫ tibi vtilitati Lſi donata fuerint] eſſe poſſunt. Relinquamus igitur hanc diuitiarũ cupiditatẽ. Quia nõ im pletur auarus pecunia/et auro. vt inquit hyeronimus. Et ſe neca prius dixerat tã deeſt qḋ habet ꝙ̃ quod non hꝫ. ¶ Scimus ſcriptura dicente q꞉ non proderũt diuitie in tꝑe vltionis. Di/ues enĩ quom interierit nõ ſumet oĩa: ꝛ nõ deſcendet cum eo gloria domus ſue. Viuamus obſecro tãꝙ̃ nihil hñtes et oĩa poſſidẽtes. victus atqꝫ veſtitus Lvt iteꝝ hieronimi vbis vtar]

diuitie chriſtianorū ſūt. et has potens ē dn̄s nobis abſq; mini
ſterio principū tradere. diuitias vero apud reges vel nō inue
nimus/ vel tales inuenimus quas longe melius fuerit non in
ueniſſe. ¶ At hec de diuitiis libaſſe ſufficiat. Ex quibus (ni fal
lor) monſtratū eſt/ ſtultitie operā dare q̄ propter opes principi
bus famulantur.

¶ Quā ſtultiſſimos eſſe: qui vt voluptatibus fru
antur/ principum obſequia amplectūtur

Nunc admonet tēpus. vt de voluptatibus diſſeramus
in quibꝰ multi mortales beatitudinē poſuere. ¶ Atq;
imprimis epicurus/ vir alioquin magnus: quē phī noſtri tēpo
ris/ magis verbis q̄ factis reprobant. Nam quotus eſt (obſe
cro) vel theologorū qui voluptatibus nō inſeruiet? Quāobrē
ſi verum forte inueneritis: qui aſpernetur oculis pulchritudi
nē rerū nō odore: nullo tn̄ tactu nō ſapore capiat: excludatq;
auribus oēs ſuauitatē. huic hoīes et fortaſſe pauci deos pro
pitios. pleriq; autē iratus putabūt in orōne p. M. Tullio cice
rone dicente inuenimus. Quibus in verbis oēs quiq; ſenſus
tetigit q̇bus voluptates hauriuntur. Cumq; due vie ſūt q̇bus
hūana vita contineat: altera virtutū/ altera voluptatū: illa de
ſerta inculta atq; intercluſa frondibus/ ⁊ virgultis: hec ſemp
hoīz frequētia teritur. nec quiſq̄ eſt q̄ voluptatē hoīz nō ſequa
tur. Sūtq; admodum multi q̄ tanq̄ voluptatibus fruituri:
obſequia principū amplectātur. ꝙ q̄ ſtultiſſimū ſit/ operepre
tiū fuerit oſtendiſſe

¶ Viſus curialiū plus amari quam dulcis ex cu
ria deportat

De voluptate igitur que oculis percipitur primū dica
mus. Oblectantur nōnulli: dū ſplēdidos equites con
ſpiciūt. dū bella geri/ exercitusq; cōcurrere vidēt. dū formoſas
cultasq; mulieres intuent̄. dū cetus hoīz ornatorū. dū ludos/
dū iocos/ dum pulchros equos. dū picturas dū ſericeos pānos
purpureos/ aureos/ dū mirificas veſtes/ inſignes ciuitates/
aut vrbes/ egregias domus/ et alta palatia marmorea tēpla:
ſculptures/ teſtudines/ viridātia prata. lucos/ fontes/ flumina

feras/ſerenū aerē/montes apricos/amenas valles/armēta/ca
nes:et huiuſmodi cetera ↄtēplaṫ. At hec omnia multo iocūdio
ra ſūt priuatis hoīb⁹ q̄ curie obligatis. Nā q̄ ſeruitio regꝭ ma
cipatꝰ eſt in bellis nō vt ſpectator/ſʒ vt miles aderit. et huc at
qʒ illuc conuerſabit. ac hoſtem ferire/ſeqʒ tueri magis q̄ ob/
lectare oculos cogitabit. Nec mulieres intuebitur niſi cū regi
placuerit. tuncqʒ illas videbit:q̄ aliis grate/ſibi moleſtiſſime
ſint. Ornati veſtibus hoīes plus inuidie q̄ voluptatis ꝓbebūt
⁊ alienos equos ⁊ meliores/⁊ nitidiores quam ſui ſint/non le
tabit inſpexiſſe. Iocis atqʒ ludis raro intereris/regio lateri
ſēper aſſiſtens. Palatia vero ⁊ tēpla et picturas multo facili
us ſpectare mercatores atqʒ priuati hoīes q̄ curiales poſſūt.
Cūqʒ reges raro ſuorū regnoꝝ limites exeāt. vrbes inſpice/
re nō niſi vnius regni poteris. Nec quid apud alias gētes ſit
ſpecioſū videndi tꝫ copia dabit. Ea quoqʒ q̄ in cāpis ſūt viſui
delectabilia rariſſime inſpicies/ī cameris clauſus/quaſi cap/
tiuus:nec vnq̄ exibis:niſi cū rex vel venari voluerit vel alter
animū relaxare. qḋ tūc fiet:quom maxīe velles domi mane/
re quom niues agros cooperuerūt. vel quom ſolis feruore mū
dus ardebit. Sed marcet plerūqʒ ſub tecto ſqualida pulue/
ribus pars maior curialiū. Nec in choreis atqʒ tripudiis feīarum
delectacio daṫ. cū tu illā reſpicias q̄ in aliū fertur ⁊ te nedum
ſpernit/ſʒ etiā odit. Nulla dies eſt in qua nulle res nō videas
q̄ tuū ſi conturbēt animū. Sēper tibi añ oculos inimici ſunt
oſculariqʒ manū perſepe cogeris q̄ velles trūcatā videre fa/
cileqʒ plꝰ amaritudinis q̄ dulcedinis viſus tuꝰ ex curia repor
tabit

Nulla in auditu curialibus eſt delectatio.

At eſt in auditu dices magna curialiū delectatio:dū
nouitates totiꝰ orbis/dū viros ſapientiſſimos loquen/
tes/dūʒ geſta viroꝝ magnoꝝ/dū cantus atqʒ ſonos audiunt
muſicoꝝ. Credo ⁊ hec pleroſqʒ decipe. Sed dicendū eſt etiā huic ꝑ
ti/ne q̄s oblectaturus aures/curie ſe aſtringat:ac moleſtiam
pro voluptate percipiat. Nam quod tu mihi de nouitatibus
ais/abs negocio confuto. cum plura illic diſplicentia quam
grata audiantur. Cum nunc ciuitates capte. viri preſtantes

occiſi/ſpolia facta/rapine cõmiſſe/victores mali/et victi boni
ſepius referãtur. Uiros autẽ ſapientes qui de moribus ac na
ture ſecretis diſputẽt/qui hȝ hiſtorias referant: non niſi ꝑ adu
lationes apud principes accipies. Quod ſi nõnunq̄ oratores
aut phĩ deſerti curias adeũt/orõneſqȝ corã p̄ricipib' habeãt nõ
tã dulce eſt eos illic audire/vbi cũ metu loquũt/quã in ſcolis
vbi ſunt liberi: ⁊ ad veritatẽ/nõ ad placentiã fantur. Hinc eſt
q̄ athenis/dũ libera ciuitas fuit: ⁊ rome dũ conſules rem pu
blicam gubernabãt/lrãꝝ ſtudia maxime floruerũt. In curiis
vero quilibet ſermo ꝑ adulationẽ habet: nihil boni dicit. cõmẽ
dant mali/boniqȝ vituperantur. ¶ Sunt veteꝝ q̄ narrant
hyſtorias ſed mendoſe/atqȝ pu͛ſe. hyſtoricis claris non cre
ditur. ſed fabellis manibus fides adhibetur. Plus guidoni de
columna/qui bellũ troianũ magis poetice/q̄ hyſtorice ſcrip
ſit/vel marſilio de padua/qui trãſlaciones imperiiqȝ nunq̄
fuerunt ponit: vel vincentio monſcho: q̄ liuio/Saluſtio/Iu
ſtino/quĩto curſio/plutarcho/aut ſuetonio p̄ſtantiſſimis au
ctoribus credit. Citharistas vero/ac cantores q̄uis curia ſolet
optimos habere(.plꝰ ei hoc genus hoĩȝ: q̄ phõꝝ/aut poetaruȝ
principibꝰ placet.)nõ ad tuam/ſed regis audies voluptatem.
Quomqȝ dormire/aut aliud opus agere velles: tum potiſſi
me iſtoꝝ ſonis/ac cantibus inquietaberis. Quibus hic vitiis ẽ
cantoribus(inquit oratius)inter amicos vt nunq̄ inducãt aiȝ
cantare rogati. iniuſſi nũq̄ deſiſtant. Quo fit. vt quom noliſ
audias: quom velis/ nuſq̄ poſſis comparare. Et tñ iis ſingu
lis kalẽdis cogeris aliquid elargiri. ¶ Quid: q̄ oĩa iurgioꝝ at
qȝ rixaꝝ ſunt plena: ⁊ vnus alteri maledicit. increpãt ſe inui
cem. blaſphemie in deũ/ ſanctoſqȝ dicuntur/omnes in cõfuſe
loquũtur tot clamores ſunt: vt vix ſociuȝ qui prope te eſt poſ
ſis aũdire. Quilibet facinora narrat cum derogatione alteriꝰ
us: illi ſuam patriam laudant. et aliam vituperant. ¶ Spur
ciſſima. vndiqȝ verba perſonant. nulla in verbis modeſtia. nul
la reuerentia nullus pudor/ſcurre ſemper audiuntur/vel de
trahẽtes/vel ructantes. Nam iis ſolis libertas eſt quicquid vl'
facere velint/vel dicere. atqȝ hic ſi quis ſapiat/inuitus potius
eſſe velit/q̄ audire.

¶Nec propter eam que in tactu eſt delectationẽ
principibus eſt ſeruiendum

Iam de tactu pagamus in quo venus potiſſime dñat:
quã nõnulli rerũ ignari in curiis eſſe blandiſſimã ↄfi/
dũt. ex eo errantes: ꝙ mulieres amare eos conſueuerunt/ qui
veſtibus ſunt ornati. qui crines ventilant: qui torneamentis
interſunt: qui canũt/ qui coreas ducunt/ qui ſemper leti/ atqꝫ
hylares inueniuntur: ſicut curiales eſſe videntur. Sed mini/
me ita eſt/ vt grata ſit illic venus. Nam ſi qua mulier eſt que
hos amat: nõ tñ eis ſe credit. quos loquaces agnoſcit/ iactato/
res/ inſtabiles plurimũ amatores. niſi forſitan aliqua eſt que
famam paruifaciat. tunc qꝫ multi circa vnã concurrũt. nec vl
lam ſine riuali diliges. hinc rixe/ ↄtentiones/ odiũ/ verba inter
verbera ⁊ homicidia. nullã nutrire modico poteris cui aſſint
multa promittẽt. veniet alter te pulcrior/ aut acceptior. nulla
tam fidelis eſt q̃ vno ↄtẽta ſit viro. Sepe quom amicã petes:
aut aliũ cum ea inuenies. aut iſſe illã ad aliũ reperies. Qđ ſi
tibi grata obtigerit/ ⁊ fida puella/ nõ poteris niſi raptī/ ac per
furtũ eſſe cũ illa. Neqꝫ ſeruire regi et amori poteris. qꝛ vterqꝫ
ſnlolẽs diuinis eſt. ⁊ q̇ hoĩez totũ vult ſibi. Adde/ ꝙ nec dũ ami
cã/ ſꝫ nec ↄiugẽ in curia pudicã ſeruabis. Tot ſũt vndiqꝫ proci
tot formoſi iuuenes: tot promiſſores: tot lene: vt nec caſtiſſĩa
cõiux reſiſtere tot oppugnationibus poſſit. Quod ſi probiſſĩa
fuerit. deferẽda eſt tñ. cũ dietim curie principũ moueantur.
ſiue cõiux ſit/ ſiue concubina. tunc anxietas animi/ mentiſqꝫ
dolor. qꝛ nec cũ amata remanere/ nec illã ducere tecũ potes. et
inſtabilitatẽ femine remanentis. cuius eſt in horas mutari.
ſꝑ ſuſpectã habes. iugẽ irriſiones ac detractiões amãte q̃ fiũt
diurna diſcrimina/ põdera ſuſpitiões. Que hec cũ ſint priuate
grauia: curialibꝰ certe importabilia ſũt. nec vſq̃ minꝰ. ꝙ in a/
triis regũ tactus oblectatur

¶Oberrãtq̃ ꝑpter irritamẽta gule pĩcipibꝰ ſeruiũt

Sequũtur alii duo ſẽſus: odorandi atqꝫ guſtandi: q̃ par
ti ↄiũcti ſũt. parti diſiũcti. Nã dũ fercula redolẽtia ſa/

pidaqꝫ comedimus: vterqꝫ ſēſus letatur. Si q̄s autē floꝝ/et
vngētoꝝ ſequaꝛ fragrātiā. nō guſtū ſꝫ odoꝛatū iuuabit. et of
ficiū ſuū odoꝛatus amittet: quom in palato cibus maſticabi/
tur. At ii quibus in ſolo palato ē cā viuendi/ſtulti ſūt. ꝛ pecu/
dū vitaꝫ. nō hoīꝫ ſectantur. Nā et apl's eos vituperat: quoꝛuꝫ
deus vēter eſt. Rē nāqꝫ dānatā ſequūꝛ. q̄uis plurimi ꝑpterea
velint regibus obſequi: vt bibere atqꝫ edere maxime poſſint.
Et q2 principes optimis vtūꝛ vinis atqꝫ cibariis: veſci quoqꝫ
ſe eiſdem ſperāt. potaturos quoqꝫ ſecū regibus cōfidūt. At ſi
cut muſce pingues menſas/ſic iſti vnctas dn̄oꝝ popinas inſe
ctanꝛ. q̄uis regalibus epulis magis muſce. q̄ iſti paſcantur
Videamus igiꝛ apud vaſtigiū regale: quāta ſit curialiū eden
di/atqꝫ bibendi voluptas. q̄ ſane tūc optima eſt. quom fames
adeſt atqꝫ ſitis. quomqꝫ nec iſta nec illa pꝛotrahitur. At in cu
ria praro ante meridiem cibaria diſtribuūꝛ. Quo tp̄e nō fa/
melici/ſꝫ rabidi hoīes ſūt. Quibuſdā vero expectatio longa
debilitatis ſpiritib9 appetitū ſurripuit. Alii modico pane vel
caſeo pꝛeguſtato: oꝛificiū ſtomachi clauſerunt. Quo fit: vt a
lii voꝛent quicq̄d apponiꝛ/vt ad crapulā impleanꝛ: alii vl' mi/
nimū ſumere nequeāt. Interdū in oꝛtu diei et ante lucē fercu
la ſunt appoſita q̄ niſi comederis. vſqꝫ in noctē ieiunabis. nec
tn̄ ſtomach9 officiū fecit. nec appetit9 adeſt. Quom poſt meri
diē pꝛāſus fueris: rurſus poſt horā cena ꝑponiꝛ. Nūq̄ in ſuo
tempoꝛe cib9 afferꝛ. Hinc ſubite moꝛtes/atqꝫ inteſtata ſene/
ctus/oꝛeſis/vomitus/iliorꝝ doloꝛ/calculus/ꝛ moꝛboꝝ oīa gene
ra ruūt. Qualis cena? Cū vinū q̄d ſuccida nolit lana pati [vt
ait iuuenalis] affertur. q̄d cū biberis/inſanus fias/acetoſuꝫ/
aquaticū/corruptū/pendulū/acerbū/aut frigidū nimis/ aut
tepidū/coloꝛe atqꝫ ſapoꝛe malo. Taceo illos principes q̄ tm̄
ceruiſiā in potu pꝛebent. q̄ cū vbiqꝫ amara ſit: in curiis tn̄ et
amariſſima/ꝛ ſtomachaciſſima eſt. Nec tibi vel in argento/
vel in vitro dari pocula credas. Nā in vno furtū timetur/in
altero ruptatur. Potabis igiꝛ ex ligneo cipho/nigro antiquo/
fetido. In cuius fundo fex concreta eſt. in q̄bus ſepe mixiſſe
dn̄i cōſueuerunt. Nec tibi vini ciphus dabitur. vt ſi velis vel

aquā miſceas/vel purū bibas. ſz in cōmuni potabis. Atqz ibi mordebis: vbi nūc pediculoſa barba/vel ſalinoſa labia vel im mūdiſſimi dentes fuerunt. Interea vinū antiquū in tua pñ/tia regi propinabit. cui⁹ tāta fragratia eſt/vt ei⁹ odore tota do m⁹ impleat. Bibet ille muſcatellū aut malmaticū ex galliis ⁊ matrigali Ex riparia ianuenſi/ex vngaria/atqz ex ipa gre/cia ſibi afferri vina iubebit. Nec vnq̄ tibi vel nimium ciatuz cōmunicabit q̄uis cordiaca paſſione crucieris. Qd ſi bonū vi num añ te ſit/nō tñ iocunde ſapiet/cū melioris fragrātiā tue hauſerūt nares. Velles nōnūq̄ bibere. ſz nō audes niſi maio/res incipiāt. Nec famuli vinū apponūt: niſi poſt mediū men ſe. qd ſi ante petieris. ⁊ importunus/⁊ petulās/et ebrioſus iu dicaberis. Nec cū hac ignominia qd poſtulas obtinebis. Nec ad tuam ſitim. ſed maiorū potabis. Vinū poſtq̄ in menſa fu erit. p multas manus trāſibit: anteq̄ ad te veniat. Nec ſperes mūdari ciphū: dū pincerne remiſcent q̄uis in fundo fex here/at. vel intus aliquis ruptauerit. Nā ſicut in templis aque bñ dicte ſupinfūdūtur: ſic in curiis principū vinaria vaſa/quib⁹ familie potitant in anno ſemel euacuata mundant. Nec in vi no tm̄: ſz in aqua quoqz cruciatus ineſt. Nanqz ſi ſtomachus dñi. vt iuuenalis inquit. feruet vinoqz ciboqz frigidior geti/cis petitur decocta pruinis. Quibuſdā in eſtate ſeruātur gla/cies: atqz hac in feruoribus vina frigeſcunt. Nec ſibi vel mi/nima portio dabitur. maiori qz ſiti cruciaberis. qr vidēdo nihil guſtabis

## ¶ Quales curialiū mappe.

Quid tibi de mappis dicam. nigris/laceris vnctis: Que ne dū tibi faſtidiū moueant ſz manibus applicantur: teqz ſequūtur. ſi qū te volueris tergere. qd plures veriti. ma/didas pingui iure manus in propriis deſiccant veſtibus. Hinc ē illud abdomē. qd in pectoralib⁹ curialiū cernis. vt ſatius ſit ī ſtabulis porcoꝝ/q̄ in curiis dñoꝝ edere. Nā illa mēſalia niti da ſericea/duplicata ſolis prīcipibus ſeruiūt: et indies mutā/tur. tua trūcis afflixa. tā diu iacent q̄ diu a mēſa diſcerni poſ ſunt.

Que curialibus in cibariis voluptas.

